



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

26. Decembris. 6. Cal. Januar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314



26. Decembris. 6. Cal. Januar.

Floruit circa annum 1279. **B. OBERTÉ**, Converse Hemmenrodensis: qui vitæ stadium partim in supportandis aliorum ærumnis, annis enim triginta ægrotis serviebas, partim in tuis percurristi, dum ultimos viginti annos lectulo affixus, invictum animi robur, quod diu satis in patientiæ schola didiceras, usque ad ultimam horam conservasti: quæ cum jamjam immineret, aliquam diu ita soporatus jacebas, ut mortuus esse crederis. Sed subito exprorectus: Quid hic agebas, moror, tristis nimium est cantus vester, jam latiore[m] audivi, illuc propero ad recipiendam mercedem pro tolerantia mea, quam Divo Stephano parem fore, mihi **DEUS** promisit. Quibus dictis suaviter caput reclinans obdormisti. Si vitam hanc dixerero militiam, pugnandum est: si ier, currendum per spinas & tribulos: si stadium, sudandum: ubique labor: non coronabitur nempe, nisi qui legitime certa verit.

Floruit circa annum 1300. **B. DANIEL** Monache Villariensis, qui etiam inter negotia officiorum, quæ varia administra veras, semper oratione seu vocali seu mentali piacum **DEO** miscebas colloquia. Aspirabas.

habas olim ad secularem militiam, sed gravis morbus salubriora te docuit arma capere, regularis disciplinæ, quibus cælum feliciter expugnasti; emissio inter precandum spiritu. Non male oratio à quibusdam *clavis cæli* appellatur, quæ *thesaurus gratiarum* aperitur. Sed auream esse oportet, divino fulgentem amore, humili in Deum fiducia, & perseverantia. Tu me hoc modo doce orare.

S. BERNARDUS, ser. 5. in XL.

Nos quid oremus sicut oportet, nescimus: sed miserator ille supremus ignorantiam nostram benignè suscipiens, quod nobis aut omnino non est utile, aut non tam citò dari necesse est, minime tribuit; oratio tamen *infructuosa* non erit.

Oratio
nulla
infructuosa.



27. Decembris. 6. Cal. Januar.

B. MARNOCHE, Abbas in Hibernia: qui solis occidentis instar postremis sanctimonix radiis per miracula tam in vivis quam post obitum patrata, Insulam illam perstrinxisti. Eo enim tempore, quo sacra ossa tua honoratiori sepulchro sunt condita, erupit ex avernali specu lava hæresis, sub cujus

Floruit
circa
annum
1550.